

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1505

Autre(s) référence(s) : Fauroux 59 / Tabuteau 149 / ARTEM 2685

Auteur(s) : Robert II le Pieux, France (roi)

Bénéficiaire(s) : Jumièges, Saint-Pierre (abbaye)

Genre d'acte : diplôme

Authenticité : non suspect

Datation : [1027, 14 mai-1027, 6 août]

Lieu d'émission : Senlis

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Richard III souscrit un arrêt rendu par le roi Robert, dans un plaid tenu à Senlis. Celui-ci restitué à l'abbaye de Jumièges une terre proche de Montataire, dont s'était emparé Albert, seigneur de Creil.

Tableau de la tradition

Copies manuscrites

B. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 9 H 24 (1). Copie de la fin du XI^e siècle

Éditions principales

a. Vernier Jules-Joseph, *Chartes de l'abbaye de Jumièges (v. 825-1204)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1916, 2 vol., n° XI, p. 27-29.

b. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 59, p. 182-184.

Dissertation critique

Datation proposée par M. Fauroux.

Copie de la fin du XI^e siècle.

Texte établi d'après b

PROPIA LARGIENTE CHRISTI CLEMENTIA, EGO ROTBERTUS, FRANCORUM rex, notum esse cunctis Dei æcclesiæ filiis tam presentibus quam futuris volo, quos intra sui gremii retinet sinus, quod quandam terram Montiteræ adjacentem, quam ex sanctæ Batildis tempore Gemmeticenses tenerant monachi, sed, ignorante Roberto loci abbate cunctisque fratribus, cuidam militi, nomine Hermanno, Waningus monachus ad manufirmam illam tradiderat, Albertus, Cretellensis castri dominus, post eandem manufirmam transactam violenter invaserit. Pro qua re ejusdem loci abbas, nomine Guillelmus, illiusque monachi nostræ excellentiæ mansuetudinem adeuntes, rogaverunt ut de temerario invasore illis justiciam facerem. Quorum questuosis singultibus benigno respectu libentissime favens, ilico pervasorem apud Silvanectensem urbem coram nostris fidelibus ad placitum ascivi. Cujus præjudicium ut agnovi, regali animadversione illum ut ab hac insania resipisceret jussi, terramque cultam et incultam, cum æcclesia et decima, cum vineis et pratis, solutam et liberam ab omni secularium legum incuria,

nullius hominis in se advocationem vel viatoriam habentem, sancto Petro monachisque Gemmeticensibus reddidi. Oro ergo mihi in regimine succedentes ut sicut sua instituta voluerint rata fore, ita mea sinant firma manere, quatinus si in vita illorum aliquis de hac terra eisdem monachis molestus fuerit, visis his litteris, regali continuo districtione feriat. Si quis vero pervasor quandoque surrexerit qui hanc notam justiciæ presumat subvertere, judiciali sententia districtus, fisco dominico libras auri decem persolvat, presumptione ejus cassata. Sin autem, a sanctorum cætu sequestratus, duro anathemate dampnetur usque ad satisfactionem. Et ut hæc firma permaneant, propria manu subterfirmavi fidelibusque meis roboranda tradidi.

(Monogramme du roi, composé des lettres ROTBERTUS à côté d'une croix). Signum regis Henrici +, filii ejus. Signum + Odonis, comitis. Signum + Ricardi, comitis Northmannorum. Signum + Leterici, archiepiscopi. Signum + Rogerii episcopi. Signum + Fulconis, episcopi. Signum + Azelini, episcopi. Signum + Warnerii, vicedomini.